F K 132
23

II n
8627

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-714999-p0004-4

# EPITHALAMIUM.

Quod
Nuptiis auſpicatiſſimis
*Viri Summe Reuerendi & Ampliſſimi,*
Domini Doctoris

# HENRICI MUHLII,

Eccleſiar. Sleſuic. & Holſat. Generalis Superintendentis,
Concionatoris aulici primarii, Praepoſiti, ac in Senatu ſupremo Eccleſiaſtico Conſiliarii,
Profeſſoris item Theologi Academiae Kilonienſis Ordinarii,
COLLEGAE SUI HONORATISSIMI,
&
*Virginis Nobiliſſimae elegantiſſimaeque*

# CATHARINAE AUGUSTAE REINBOTHAE,

Filiae dilectiſſimae

# HENRICI REINBOTHI,

Conſiliarii quondam Eccleſiaſtici & Concionatoris aulici longe meritiſſimi,
*Conſecrabant*
PROFESSORES ACADEMIAE KILONIENSIS.

Flamma, cinis quam contexit, ſi ſulphura tangant
Exſtinctam, viuet: ſic reuocatur amor;
Poſſeſſasque ſemel ſibi deſeruiſſe medullas,
Si modo non deſint pabula grata, nequit.
Coniuge defuncta, COLLEGA, reſederat omnis
Ardor, nec gratum nomen amantis erat:
Sed modo flamma redardeſcit, notoque calori
Materiem praebet Virgo venuſta nouam.
Sopitosque diu noua Sponſa reſuſcitat ignes,
Iamque dat amplexus blanda petitque tuos.
Et releuat formoſa tuum REINBOTHA laborem,
Nec viduum luges amplius eſſe latus.
Par fauſtum, quis non veſtro gratetur amori,
Quem fortunatum Cimbria iure vocat?
Ergo pares vobis natos & gignite natas,
Delitias matris, delitiasque patris.
Et felix ſimul ingenium, moresque probatos,
Et vultus coniux noſcat vterque ſuos.
Et ſint felices taedae, ſit mutuus ardor,
Dum tarde fiat denique flamma cinis.

KILONI,
Litteris Bartholdi Reutheri, Academ. Typogr. cIɔ Iɔccv.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-714999-p0001-7

II n 8627

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

VD18

X 303 442

FK II n 8627
X 303 4142
VD18
nc

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-714999-p0003-8
DFG

# EPITHALAMIUM.

Quod

Nuptiis auſpicatiſſimis

*Viri Summe Reuerendi & Ampliſſimi,*

Domini Doctoris

# HENRICI MUHLII,

Eccleſiar. Sleſuic. & Holſat. Generalis Superintendentis,

Concionatoris aulici primarii, Praepoſiti, ac in Senatu ſupremo Eccleſiaſtico Conſiliarii, Profeſſoris item Theologi Academiae Kilonienſis Ordinarii,

COLLEGAE SUI HONORATISSIMI,

&

*Virginis Nobiliſſimae elegantiſſimaeque*

# ATHARINAE AUGUSTAE REINBOTHAE,

Filiae dilectiſſimae

## HENRICI REINBOTHI,

Conſiliarii quondam Eccleſiaſtici & Concionatoris aulici longe meritiſſimi,

*Conſecrabant*

PROFESSORES ACADEMIAE KILONIENSIS.

FLamma, cinis quam contexit, ſi ſulphura tangant
Exſtinctam, viuet: ſic reuocatur amor;
Poſſeſſasque ſemel ſibi deſeruiſſe medullas,
Si modo non deſint pabula grata, nequit.
Coniuge defuncta, COLLEGA, reſederat omnis
Ardor, nec gratum nomen amantis erat:
Sed modo flamma redardeſcit, notoque calori
Materiem praebet Virgo venuſta nouam.
Sopitosque diu noua Sponſa reſuſcitat ignes,
Iamque dat amplexus blanda petitque tuos.
Et releuat formoſa tuum REINBOTHA laborem,
Nec viduum luges amplius eſſe latus.
Par fauſtum, quis non veſtro gratetur amori,
Quem fortunatum Cimbria iure vocat?
Ergo pares vobis natos & gignite natas,
Delitias matris, delitiasque patris.
Et felix ſimul ingenium, moresque probatos,
Et vultus coniux noſcat vterque ſuos.
Et ſint felices taedae, ſit mutuus ardor,
Dum tarde fiat denique flamma cinis.

KILONI,
Litteris Bartholdi Reutheri, Academ. Typogr. clↄ Iↄccv.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-714999-p0005-0